

AD
SERENISSIMUM
CAROLUM
REGIUM POLONIARUM
PRINCIPEM
CURLANDIÆ DUCEM
Cum Hospes Vilnam ingrederetur.



EPIGRAMMA.

ISfe suam cum Te sensit Gediminus in Urbem,
O Decus! ó Litavæ CAROLE Gentis amor!
Ilicet effusus pleno ruít agmine civis,
Totaq; fit, PRINCEPS, obvia Vilna Tibi.
Quin etiam cellis motæ cum turribus arces
Ardua; exiliunt moenia, templa, domus.
Quæ tibi nunè tantis procedit læta triumphis,
Quì feret Urbs abitum, CAROLE, nostra tuum?
O! qui Faustus ades, si forte manere recusas:
Tecum ibunt arces, mænia, templa, domus.

ALIUD
DE CURLANDIÆ ET SEMGAL-
LIÆ PRINCIPATU,
Quem
SERENISSIMUS CAROLUS
Amore civium non armis consecutus est.

VIden' ut horribili miscentur Regna tumultu,

Belliger & medio sævit in orbe Deus?

Gallia bella gerit, gerit & Germania bella,

Bella gerit Prussus, Moscua, bella Svecus.

Vicinæq; suis gentes plausere ruinis,

Urbisq; Urbi, excusso fœdere, bella ciet.

Nec satis est placitis ingens Europa triumphis,

Nec satis est avidus quod petat ensis habet.

Est animus fragiles etiam committere Classes,

Et freta Threiciâ sollicitare tubâ.

Itur & ad toto divisos orbe Britannos,

Itur: & Americes quæ ritur hostis agris.

Quaquà iter est ferro, gelidum Boream per & Austrum,
Et Phæbi roseos curritur usq; Lares.
Rege sub incerto gladiis divellitur orbis,
Quasq; dedit victor, diripit ensis opes.
Nulla geris terris, nec prælia CAROLE Pontô:
Et gens magna tuum fuscipit imperium!
Scilicet Augustæ subnixus robore mentis,
Invictô populos vincis: amore tuos.
Bella gerant alii, Tu felix CAROLE regna:
Quod dant arma aliis, hoc Tibi subdit amor.

A L I U D
DE
STUDIIS VILNENSIS POPULI
IN
SERENISSIMUM PRINCIPEM

Littava dum visis Gedimini mænia PRINCEPS,
Spes Lechiæ, Patris gloria, Martis honos:
Confluit attonitum tanta ad spectacula vulgus,
Spectandi studiô Principis ora fui.
Hos capit Augusti species pulcherrima vultûs,

Illos mens vinci nefcia Marte tenet.

Multos Majestas, gravitas virtusq; moratur,

In Te animum Patris cætera turba legit.

Sensus diversi; vox est tamen omnibus una:

Dux Saxo, Magnus CAROLUS, Hospes adest.

W I L N O
D O
NAYJASNIEYSZEGO KROLEWICA

W Ieku prawie połowę bieg Słoneczny toczy,

Jako plemie Królewskie me widziały oczy.

A teraz gdy się ćieszę na Twe patrząc lice,

Długą z krótkiej bytności przeczuwam tęsknicę.

I już druga część wieku zdami się przybywa

Do smutku. Cóż tak rychło Ciebie ztąd odrywa?

Zostań Panie; lub jeśli jedziesz, wnet powracay,

A wiek smutku, bytności Twęym wiekiem oplacay.



Vilnæ Typis S. R. M. Academ: Societatis. JESU.

A. 1759.

<http://rcin.org.pl>

1881